



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De milite occiso, qui ad inuocationem diuini nominis saluatus est, cap. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

C A P V T X X .

Miles quidam sceleratissimus ab inimicis suis captus est & occisus, qui cum moreretur, haec ei verba ultima fuerunt: Domine miserere mei. In cuius morte obsessus liberatus est, quem cum post dies paucos atrociter vexaret, sicut supra dictum est de Cunone, cap. 17. interrogatus de hoc respondit: Multi congregati fuimus in morte militis illius, sed quia nihil ibi obtinuimus, amplius in hoc modico vasculo me vindico. Requisitus de causa subjecit: Tria tantum heu verba moriens protulit, propter quam potestatem nostram evasit. Ecce huic prædoni, ob invocationem diuini nominis, sicut latroni in cruce, tormentum versum est in martyrium. APOLLONIVS: In hoc exemplo satis considero, quod pœnitentia vera nunquam sit sera. CÆSARIVS: Duo subiungam exempla, per quæ cognoscetis, quod extrema contritio sit ex multa misericordia Dei.

C A P V T X X I .

IN Frisia nuper homo quidam diuines infirmatus est; habebat autem filium monachum & sacerdotem in Claro-capo, domo ordinis nostri, pro quo cum misisset, quasi pro salute animæ suæ, nescio quo Dei iudicio, sine confessione, sine viatico, & sine inunctione mortuus est.

C A P V T X X I I .

Circa idem tempus in eadem prouincia alias quidam Friso, hostibus suis occurrens, vulneratus ad mortem, & occisi sunt duo filii eius, cumque patrem occisores æstimaret mortuum, abierunt. Coperito tanto scelere, magister gragiæ in Bethwerde, adducto plaustro, occisos superposuit, & cum patrem adhuc spirare vidisset, clamauit: Viuitis adhuc dominus? cumque ille minimè respoderet, timens hostes esse, subiecit Conuersus: Ego sum, ne timeatis. Tunc ille: Ego enim adhuc viuo. Mox leuatus in vehiculo deportatus est ad grangiā, peccata sua confessus est, communicauit, inunctus est, sicq; spiritum reddidit. Ecce prior cum tempus haberet pœnitēdi, & filius eum